

Franckesche Stiftungen zu Halle

Memoria Theologorum Wirtembergensium Resuscitata, h.e. Biographia Præcipuorum Virorum, qui à tempore Reformationis usque ad hanc nostram ætatem ...

Accessit Elenchus Scriptorum tum editorum, tum in Manuscriptis latentium cum
Supplementis atque Indicibus necessariis

Fischlin, Ludwig Melchior

Ulmæ, Anno M.DCC.X.

VD18 90845382

[Polycarpus Lyserus]

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:hbz:5:1-216309

Maicelerus, Pastor Fehlbacensis anagramma fupendit:

ISRAEL WIELANDUS

ἀναγ.

I, VALE SIDUS LUNARE.

I, Wielande, VAL Eque senex venerabilis ævo,

BIS vitæ numerans lustra novena tuæ.

Iustitiæque index cœli regione receptus

Ut LUNARE poli SIDUS ab axe mica. (c)

Scripta.

Erinnerungs-Predigt / bey der Leiblegung
Zeit Heimgen / Burgers und Müllers zu
Liebenzell / der sich in grosser wütender
Hauptblödigkeit bey Nacht in die Nagold
gestürzt / auß Rom. XIV. Speyer / bey Au-
gustin Scheiden 1611. in 4.

Oratio Funebris de Vitâ & obitu Jacobi Beuerlini,
Cancellarii Tubingensis, à Theod. Snepfio habita, cum
Præfatione luculentâ ipsius Wielandi, Tubingæ,
1613. in 4.

POLYCARPUS LYSERUS, SS. Nat. 1552.
Theol. Doëtor & Ecclesiastes Ele- Cl. 1590.
clorialis Aulæ in Saxoniâ primarius, Con- Ob. 1610.
sistorii Dresdensis Assessor, natione Sue-
vus, Winnendam, Würtembergici Ducatus Op-
pidum suâ nativitate nobilitavit, horâ quintâ pome-
ridiana

S s

(c) Anagramm, libr. 1. p. 21, 22.

ridiana d. 18. Martii, An. 1552. in lucem editus. Patrem habuit Casparum Lyserum, Pastorem & Superintendentem Winnendensem: quem vix bi-
mus amisit. Mater exactò viduitatis tempore, sibi liberisque rectius consultura, ad secunda vota tran-
siit, Et D. Luca Osiandrò, Theologò nupsit, Ec-
clesiastæ primum aulicò Wirtembergicò, post Stutt-
gardianò, tandem Eßlingensi. Hic non vitrici, sed
Patris affectu, privignum suum prosecutus, pie-
tatis & literarum fundamentis puerum statim erudi-
vit. Schòlas ergò triviales ingressus primum Bla-
byræ in cœnobio reformatò, duobus miliaribus
ab Imperiali Ulma; deinde Stuttgardiæ, prima
studiorum fundamenta felicissimè posuit: ita, ut
annò ætatis decimò quartò, Græcis & Latinis literis
excultus, inque artibus Logicis magna cum cura
exercitatus, ad Tubingensium Academiàm, con-
siliò Parentis & Præceptorum se conferret: dignus-
que judicaretur, qui in numerum alumnorum Prin-
cipis Wirtembergici cooptatus, publicis sumtibus ale-
retur. Auream hanc discendi occasionem nactus
Polycarpus, rectè ea utendum sibi esse censuit: Ac
proinde alumnum se esse cogitans, pietate & diligen-
tia omnibus se commendavit, primamque mox lau-
ream studiorum consecutus est, paulò autem post
An. 1570, secundam, inter competitores duos &
triginta, ipse omnium natu minimus octodecim an-
norum juvenis primum locum fortitus. Theolo-
giam deinceps aggressus, Repetentis officium de con-
silio Præceptorum sustinuit, mores & studia Alum-
norum regens; dignus præterea visus, cui Ministe-
rium Ecclesiæ juxta Verbi Præcones reliquos Tubin-

gæ co
ram u
An. æ
oppid
Casar
Conse
ipsum
Austra
modu
Conse
tum
vocat
Eccle
fentir
nequ
nam
cidit
juben
ibiqu
sibil
Tubi
cum
id ter
eject
cus
bran
nian
in lo
delib
conf
evoc
cale

ga committeretur. Unde d. 8. Martii, 1573. coram universâ Ecclesiâ publicè initiatus est. Postea An. ætatis vicesimo primo, functioni Ecclesiasticæ in oppido Gellersdorff sub ditione Illustris Dapiferi Cæsarei, Michaelis Ludovici, Baronis à Bucheim, Consiliarii Augusti, est præfectus, unde fama de ipsius præclaris in docendo donis mox universam Austriam, vicinasque regiones percrebuit, ut non modò Viennam Austriæ multoties ad habendas Conciones, sed & à Proceribus Stiriz ad Pastorum Græcensem illustrem sanè provinciam, fuerit evocatus. Enim verò cum neque Patronus, neque Ecclesia Gellersdorffensis in dimissionem ejus consentire, tantique Doctoris jacturam facere vellet; neque ipse oblatam, quantumvis splendidam, & opimam stationem, invitâ Ecclesia capessere voluit. Accidit autem occulto Dei nutu & arbitrio, ut tum sic jubentibus præceptoribus, Tubingam excurreret, ibique summum in Theologiâ gradum cum Hunnio, sibi legitimè conferri non tam peteret, quam ultrò à Tubingensis Academiæ Theologis oblatum magno cum applausu impetraret. An. 1576. ætatis 24. Sub id tempus in Saxoniâ locis suis moti & Wirtembergâ ejecti fuerunt Caspar Cruciger, Junior; Henricus Mollerus, Hamburgensis, Fridericus Widebramus & Christophorus Pezelius, Crypto-Calviniani. Ubi cum de Pastore Wirtembergensi Ecclesiæ in locum Caspari Eberhardi demortui præficiendo deliberaretur, Lyserus constanti omnium Ordinum consensu literis Electoris Augusti solennibus, fuit evocatus mense Nov. 1576. quem ad usque annum cælebs etiamnum vixerat, Videbat equidem Lyserus

serus muneris oblatus dignitatem cum onere multiplici conjunctam, eamque deprecabatur. Sed accedente ad Electoris Saxonici Voluntatem Principis etiam Wirtembergici Ludovici permisso, officium resignavit in Austria, novumque acceptavit. Venit igitur Witebergam mense Februario, An. 1577. ætatis 25. & de mandato Augusti Electoris Ecclesiæ istius Pastor ac reliquarum Superintendens à Jacobo Andrea publicè inauguratus est; mox eodem anno in Ordinem Professorum Theol. solenniter cooptatus, & Consistorii Ecclesiastici Adessor declaratus. Mortuo Augusto, & Christiano I. filio apud Saxones imperante conditionis optimæ occasionem apud Brunsvicenses nactus, rem ad aulam referens indignum tulit responsum: Frueretur, quam sibi oblatam putaret, felicitate, Ecclesiæ Witebergensi de alio Pastore prospectum iri. Hoc responso Ordines consternati non literis modò, sed & legatis ad aulam Electoralem missis, causas planè fonticas exposuerunt, ob quas de retinendo Lysero sint solliciti: Verùm irritò planè conatu. Sic ergò dimissus & præclaris testimoniis, ab Academiâ, Consistorio & Facultate Theologica instructus, Brunsvigam concessit, ac initio quidem Coadjutoris, postmodum verò Superintendentis Munere ibi functus est. Sexennio post An. 1593. Christiano Septem-Viro vivis erepto, à Friderico Wilhelmo Administratore revocatus Witebergam, sed vix annum ibi commoratus, Martino Miro, Dresdæ defuncto, in Aulam Electoralem ad Concionatoris Primarii connexasque dignitates reliquas evocatus est, quâ in statione perseveravit usque ad suum excessum. Nuptias

prias A
Lucæ
sis fili
tres &
helmu
psienf
evaler
bit.)
Saxon
& Co
vitæ f
clariss
thor H
Chen
J. A.
rimon
comp
plices
Sanè
gæ,
postro
expof
nerib
liquis
stituti
no 15
in qu

(
(
(
(

ptias An. 1580. ætatis 28. cum Virgine Elisabetha, Luca Cranachii, Consulis & Pictoris Witebergen-
sis filiâ, ex quâ 13. liberos suscepit, nepotes vidit
tres & neptim unam. (a) E filiis Polycarpus & Wil-
helmus Theol. Doctores & Professores, iste in Li-
psienfi, hic in Witebergenfi, ambo celeberrimi
evafere. Ipse Pater (ut Quenstedtius de eo scri-
bit,) (b) erat Theologus celeberrimus; Electori
Saxonie à Concionibus primariis, Confessionibus
& Consiliis Sacris, cujus amorem illi non adulatio sed
vitæ sanctitas conciliârat. Vir de Christianâ re præ-
clarissimè meritus, Promotor Libri Concordiæ, Au-
thor Harmoniæ Evangelicæ (quod opus à Martino
Chemnitio felicissimè cœptum, non infelicitè, iudice
J. A. Osiandro, continuavit,) (c) aliorumque plu-
rimorum librorum quibus æternam sibi memoriam
comparavit. Adeoque verè Polycarpus, ob multi-
plices pietatis doctrinæque fructus varios & eximios.
Sanè in promovendo Concordiæ opere, Witember-
gæ, Torgæ, Misenæ, Herzbergæ partes minimè
postremas sustinuit. (d) Subscriptiones quippe
exposcere necessum habuit ab illis, qui publicis mû-
neribus in Ecclesiis & Scholis præerant. Sed & re-
liquis Conventibus præpter Librum Concordiæ in-
stitutis interfuit, nimirum Quedlinburgensi, An-
no 1583. Dresdensi & Magdeburgensi An. 1584.
in quibus de Concordiâ inter Lutheranos & Calvi-
nianos,

(a) *Haftenus Leonh. Hutterus ap. Melch. Adami edit.*
Nob p. m. 379.

(b) *Dial. de Patriis lib. Vir. p. m. 166.*

(c) *Præfat. in Pentateuch,*

(d) *Caroli Memor. T. I, p. m. 227.*

nianos, petente Rege Navarrao, actum. Lipsiensi & Herzbergenſi An. 1585. ubi contra Anhaltinos, Wolffgangum Amlingum præſertim, diſputatum. Cæterum quod in reliquis ſui erat officii ſedulo curabat, & in erudiendis informandisque junioribus Principibus Electoralibus utriusque ſexus, ſingulari prudentiâ fide ac induſtriâ verſabatur. Pecuniam quoque eleemoſynariam pro viduis & pupillis Miniſtrorum per Electoratum Saxonicum ab Auguſto legatam piè adminiſtravit. (e) An. 1607. menſe Julio cum Electore ſuo Chriſtiano II. & Principe, Joh. Georgio, fratre, Pragam venit ad Rudolphum II. Imperatorem, à quo mox libertatem obtinuit concionandi, primò in arce, deinceps in domo Roſenbergianâ magno accurrentis populi applauſu, quod Lojolitas & reliquos à ſervitio Rom. Pontificis malè habuit. Unde factum, ut Conciones illas Lyſerus initio chartæ daret petentibus communicandas, poſtea verò typis evulgaripateretur, ad retundendas cuculligerorum tycophantias. Johannes Decumanus Apoſtata & Jeſuita factus, prolixum iis tractatum oppoſuit anno ſequenti, ſcurrilitatibus ac falſiloquiis plenum, quem Lyſerus nullo reſponſo dignum cenſuit. (f) An. 1609, à Bohemis, qui liberum religionis Exerciſium ab Imperatore impetraverant ad conſtituendam Academiam Pragenſem, regendumque Conſiſtorium ad tempus expetitus eſt, quo elapſo Dredam rediit. (g) Quantopere alias à Witebergenſibus, cum ibi doceret, dilectus fuerit,

(e) Melch. Adami loc. cit.

(f) Carol. Memorab. T. I, p. 148.

(g) Ibid, p. 204.

fuerit
mora
Hoſe
rum
tus,
quod
que h
man
tus e
ille
Jhr
höre
ſcil.)
drex
dom
duur
num
nio,
præd
vis re
aoru
ria in
quid
ſali
cim
ſelio
Pacis
puzi
trum
catar
indig

fuert ex Abrahami Hofemanni relatione commemorat celeb. Dominus Serpilius. (h) Cum enim Hofemannus expediundorum quorundam negotiorum causâ in Saxoniam iter faceret, Lyseri famâ motus, Witebergam (aliquot milliarium compendio, quod rectâ viâ usurus facere potuisset, fusque deque habito,) deflexit; ubi Die Dominicâ summo manè pontem transiens à cive honestiore interrogatus est: Unde veniret? Silesiâ, cum respondisset; ille subjecit: Audies hic Virum excellentissimum. *Ihr werdet einen fûrtrefflichen Mann allhier hören.* Acceptoque responso: Setantur Viri (Lyseri scil.) gratiâ non attentis itineris ambagibus viam huc direxisse, Hofemannum peramicè & humaniter domo exceptum, in Templum deduxit & per biduum lautissimè habuit. Notum aliqui Saxonum de tribus Theologis è Suevia oriundis, Hunnio, Mylio & Lysero iudicium, quo hunc nostrum prædicarunt, ut formosissimum. Suos tamen ubi vis reperit obtrectatores, nec morsus tum Calvinianorum, tum falsorum fratrum evitare potuit. Varia insuper subiit certamina cum variis. Witebergæ quidem cum Samuele Hubero, Bernate, de universali hominum Electione, cum quo totis septendecim annis pugnavit. Deinde cum Melchiore Cleselio, Cardinale & Episcopo Viennensi de Justitia Pacis Hungariæ. Ulterius cum Andrea, Patre Capuzino Pragensi. (i) Denique jam ante hunc utrumque cum Jac. Gretsero, Jesuita, qui ob publicatam Historiam, Eliæ Hasenmulleri, Jesuiticam, indignis modis Lyserum tractavit, prolato in Virum Theolo-

(i) Melch, Adami l. cit.

Theologum turpissimo mendacio, ac si poculum ingens deauratum ab Electore suo sibi propinatum exhauriendo promeruisset. Quam virulentissimam Diaboli spumam gravissime deterfit Vir optimus. (k) Sed & ab aliis variè per scripta & acerba mandata infcio Electore exagitatus, imò Apostasias à quibusdam infimulatus est; quas omnes tamen calumnias tum ipse, tum filius Polycarpus in solidum diluit. (l) Constantiam certè in fide, Collegis Theologis astantibus, in emortuali lecto sanctè testatus est: Se morte sua obsignaturum eam doctrinam, quam voce & calamo contra quosvis, tum veteres, tum recentiores Hæreticos, publicè propugnasset, neque vel latum unguem ab hac doctrina recessurum; quin lato animo migraturum jam ad Christum Servatorem suum, cui paratus sit rationes reddere de doctrina hæctenus à se asserta. Testamento non solum pauperum rationem habuit centenis aliquot florenis in usum eorum destinatis; Sed & Studioforum tenuioris fortunæ, quorum communi mensa utentium lautiolem in victum certam pecuniæ summam quotannis, diebus Polycarpi & Elisabethæ, erogandam legavit. (m) Febri hæctica sensim per Septennium depastus, cum in concinnanda Harmonia Evangelistarum venisset ad verba usque Johannis undecimo capite, de Lazaro dormiente, mox ægrotare cepit, atque Deum calidissimis invocare precibus, ut quietè sopitus obdormisceret: En! rata suspiria, Lyserus circa finem vitæ somno captus an-

(k) *Præfat. im Regenten Spiegel,*

(l) *Serpilius l. cit.*

(m) *Melsb. Ad. l. cit.*

antequam rursus evigilaret, expiravit (n) Dresdæ, d. 22. Februar. An 1610. ætatis 58. Ministerii 37. Concione Funebri dilaudatus à Paulo Jenischio, Collega, ex 1. Sam. XXV. v. 1. Orationibus, Wirtembergæ à D. Leonhardo Huttero, quam integram exhibet Melchior Adami; Lipsiæ, à D. Henrico Höpfnero. Epitaphium in Templo Sophiæ Dresdensi legitur.

D. O. M. S.

Polycarpo Lysero.

Nato. XVIII. Mart. An. 1552. Patriâ Winnedensi Wirtembergico, Professione Theologo, sincero, orthodoxo, Concionatori Annis XVI. Electorali Saxonico, religionis amore, animi Candore, morum suavitate, doctrina Vera, prudentiâ Christiana, Eloquentiâ rarâ, insigni. Qui variis laboribus & morbo aëno confectus ætatis LVIII. hic tandem Dresdæ, quod optaverat, placidè obdormivit in Domino, Anno 1610. d. 22. Febr. Viro, Parenti, Socero, Uxor, Liberi, Generi Amoris Monumentum ponendum curârunt. (o)

T

Johan-

(n) *Kisling. de Arte Vis, & Moriendi.*

(o) *Serpilius l. 6,*

Johannis Seufftii, Secret. Elect. Epigram-
ma in pennam D. Lyseri, Conc.
Fun. suffixum.

*Penna manu multos Polycarpi ducta per annos
Lyseri, in Christi fida Ministra fide.*

*Qua bene scriptus Adam, Noë, Abram, Isaacus,
Jacob,*

*Qua Joseph, Vatis qua Danielis opus.
Gessit ubi Harmonicos tandem finire labores
Ad tumulum Christi cum venit, agra cadit.
Sentit id ut moriens: satis est mea serva laborum.
Sis tumulo huic posthac penna sacrata, refert.
Sic tumulo Christi Polycarpi penna dicata
Lyseri, in Christo semper honora manet.*

Effigiem Viri exhibent P. Freherus. (p)
Theophilus Spizelius, (q) & alii; Harmoniæ
Evangelicæ præfixam carmine
honoravit

Augustus Buchnerus.

*Suevia quem genuit, veneratus Saxo docentem est
Dadala Lyserum scripsit in ære manus.
Facundum os mentemque gravem pictura videtur
Sed melius poterunt aurea scripta loqui.*

Paucis, uti solet, de eo se expedit G. M. König, in Bib-
lioth. Vet. & Nov. p. 490. De Scriptis conferan-

tur

(p) *Theatr. Illustr. Vir.* p. 352, 355.
(q) *Templo Honoris* p. 9 seqq.

tur Bibliothecæ Draudii, Prætorii & H. Witten
Biogr. An. 1610. quæ à nonnullis cum scriptis Po-
lycarpi filii solent confundi. Vitam succinctius
leges in Domini Fechtii Appar. Hist. p. 149. seqq.

Scripta Latina.

Harmonia Evangelica, à D. Martino Chemnitio in-
choata, Polycarpo Lysero continuata Francof. 1593.
in 4. & à D. Gerbardo absoluta, sæpiusque edita.
Francofurti, 1652. fol. Genevæ, 1675. fol.
Hamburgi & Francof. 1603. fol.

Historia Jesuitici Ordinis conscripta à M. Elia Hasen-
müllero, cum Epistolâ Dedicatoria Pol. Lyseri ad
Claudium Aquavivam, Præpositum Generalem So-
cietatis. Francof. 1593. in 4.

Ejusdem Operis adversus Jacobum Gretserum, J. sui-
tam, Defensio prima & Secunda.

Historia Passionis Dominicæ, secundum quatuor Evan-
gelistas. Lipsiæ, 1605. in 4.

Adamus, h. e. Theologica Expositio primæ partis Ge-
neseos, quæ continet Historiam Adami, Lipsiæ, 1604. in 4.

Noachus, h. e. Theologica Expositio secundæ partis Ge-
neseos quæ continet Historiam Noachi, Lipsiæ, 1605.
in 4.

Abrahamus, h. e. Theologica Expositio tertiæ Partis
Geneseos, quæ continet Historiam Abrahami, Ibid.
1606. in 4.

Strena ad Jac. Gretserum, Lipsiæ, 1607. 8.

Isaacus, h. e. Theolog. Expositio IV. partis Geneseos, quæ
continet historiam Isaaci, Lipsiæ, 1608. 4.

Jacobus, h. e. Theol. Expositio Historiæ Jacobi, Lipsiæ,
1608. in 4.

Josephus h. e. Theol. Expositio Historiæ Josephi, Lipsiæ,
1609. 4.

Commentariorum in Genesin Tomi II. 1609. in 4.

Commentarii in Daniele Prophetam, in quibus reperiuntur Schola Babylonica; Colossus Babylonicus; Fornax Babylonica; Cedrus Babylonica; Epulum Babylonicum. Aula Persica. Singula primum seorsim, deinde simul edita. Francofurti, 1609. in 4.

Historia Resurrectionis & Ascensionis Dominice & Missionis Spir. S. homiliis aliquot explicata. Lipsia, 1610. in 4.

Strena Gemina Calvinianis exhibita.

Germanica Lyseri.

Zwo Predigten bey den Trauer-Begängnißsen Churfürstens Augusti in Sachsen/und Churfürstin Annæ seiner Gemahlin/Wittenberg/ 1588. in 4.

Send-Brieff an einen guten Freund / warum Er auf des falschen genannten Sebast. Cobleri Schmäh-Schrift nichts zu antworten gemeint sey/ Jena/ 1590. in 4.

Christl. Unterricht vom Exorcismo, Jena/ 1592. in 4.

Eine Predigt auß Luc. VI. wie man von anderer Leute Worten und Wercken reden und judiciren solle/ Franckfurt an der Oder mit Abraham Hofemanns Vorrede/ 1597. in 4.

Zwo Predigten von der ewigen Gnadenwahl/ auß Matth. XXII. v. 14. Wittenberg/ 1598. in 4.

Christianismus Papismus & Calvinismus, das ist/ drey unterschiedliche Auflegungen des Catechismi

techismi Lutheri ; Eine / darinn gewiesen
wird / in welchen Hauptstücken die Evange-
lische mit den Calvinisten : die Andere / in
welchen die Evangelische mit den Papisten
nicht einig sind. Die Dritte / wie ein Christ/
die Lehr des Catechismi zur täglichen Buss-
nüglich gebrauchen solle / Leipzig / 1596. in 8.
Dresden / 1602. in 4. Wittenberg / 1608.
1623. in 4.

Rettung der Unschuld / wider D. Crellen ver-
mummte Freunde / welche ihn Pol. Lysen der
Aufruhr bezüchtigt / Leipzig / 1604. 8.

Landtags Predigt zu Torgau gehalten / Leip-
zig / 1603. 1605. 1612. in 8.

Abgenöthigter Bericht von dem leidigen
Streit Samuel Hubers von der Gnaden-
Wahl / Leipzig / 1604. in 4.

Regenten Spiegel / oder Erklärung des 101.
Psalmen in 4. Predigten zum Anfang und
Beschluß des Landtags zu Torgau / Leip-
zig / 1605. in 4 und 8.

Memorabilis est harum Concionum Praefatio à Marti-
no Gejero Repetita, in der Allgegenwart Got-
tes in Dedicatione.

Historia Passionis, in XIII. Predigten erklärt/
Leipzig / 1605. in 4.

Ehren-Gedächtnuß des Wohlgebohrnen Frey-
Herrn / Burckard Schencken / in 2. Predig-
ten / Leipzig / 1605. in 4.

Todten-Spiegel oder Erklärung des 90. igiten
Psalmen / über den Tod / Frau Sibilla Eli-
sabetha / Churfürstin zu Sachsen / gebohr-